

domini religiosissimam excellentiam vestram et domini Gulielmi fratris germani vestri, restatque pro mercede et nabulo suo ipsius navigationis habere ut asserit ducatos quingentos quinquaginta ac staria et pecuniis solutis nomine vestro in terra sancta, sicut ex inclusa cedula poterit excellentia vestra inspicere, cumque maxima hoc tempore indigeat ipsis pecuniis, quas nunquam dubitavit sibi presto fore, ea est liberalitas vestre excellentie quam ubique predicare et extollere non cessat, oratam et precatam volumus illustrem dominationem vestram placeat per bonitatem et liberalitatem vestram ac nostro intuitu providere, quod dictus Andreas seu ejus nuntius recipiat dictas pecunias: que res profecto erit nobis gratissima et eo gratior, ut nobilis noster intelligat preces nostras sibi plurimum profuisse ad consequendas pecunias suas. Hic est enim ille Andreas prefectus triremis, qui manifesto periculo liberavit prefatum illustrem dominum Gulielmum in maritima Jopi. Date in nostro ducali palatio die decimo Marcii indictione XIII^{ma} mo^o cccclxxx^{ta}.

Joannes Mocenigo dei gratia
dux Venetiarum.

Beilage: Rechnung des Schiffspatrons Andreas Contarini.

Illustrissimus princeps et excellentissimus dominus, dominus Robertus⁸⁾ inclitus dux Sansonie (sic!), debet dare, ut patet in subscriptis partitis⁹⁾ et staria et damnis habitis¹⁰⁾ propter suam excellentissimam dominationem et denariis expensis per eandem, velut inferius distincte aparet, et primum:

Per dies duodecim quod ego mansi in Rodio (ad) requisitionem sue illustrissime dominationis, propter quod passus sum damnum et expensas ad rationem ducatorum quindecim pro quolibet die non faciendo sue excellentissime dominationi expensas, quod ascendit per dies duodecim ad summam ducatorum centum et sesaginta (sic!) quinque: valent ducat. 165.

Item per dies decem et novem, quod licet quod sibi dederim panem et farcimen, expensas omnibus¹¹⁾, per dies xxviiiij mansi in splagia¹²⁾ ad instantiam sue illustrissime dominationis, ex quo percepi damnum et expensas¹³⁾ plus quam ducatos ducentos quinquaginta, ut sic ponamus, ut sua illustrissima dominatio cognoscat ego ponere veritatem; ascendun tad summam ducatorum ducentorum quinquaginta: valent ducatos 250.

Item propter damnum zucharorum candium et zucharorum duarum cotarum¹⁴⁾ (michi fuit illatum propter suam dominationem), cantaria sex; constat quoddam cantarium ducatos centum, quod ascendit unum cantarium ad libras octingentas ex nostris libris ad subtile, que constant dictae ex primo ducentos duodecim pro centenario et simul cum expensis plus quam ducati xvii, et faciunt revendita Venetiis ducatos xi pro centenario, et passus sum in damno ducatos 5 pro centenario, quod ascendens dictum damnum in ducatis trecentis valet: valent ducatos 300.

⁸⁾ Offenbar verschrieben für Albertus.

⁹⁾ Partita, Posten in der Rechnung.

¹⁰⁾ Vielleicht zu lesen: stare pro damnis habitis?

¹¹⁾ Die Stelle ist offenbar verderbt.

¹²⁾ Ob für pelago verschrieben?

¹³⁾ Die Handschrift hat: capensas.

¹⁴⁾ Vielleicht: notarum (Sorten)?